



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione**

**Eusebius <Caesariensis>**

**[Augsburg], 1522**

**VD16 E 4299**

Quod in duodecim tribus ciuitatem suam Iudæorum imitatione Plato  
diuidit. Cap. xxvi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34477**

mæræ scilicet, Scyllæ, ac Cerberi, dicuntur inquit eæ. Finge igitur unam quidem idæam variæ feræ atque multicapitis, quæ domestis carum capita, & siluestrium ferarum habeat. Difficile inquit est quod fingere te uolo, sed tamen, quia facilius oratione, quam cæra singimus, progrediamur. Altera ergo idæa leonis singatur, & postremo hominis. Coniungatur deinde sic in unum, ut hominis imago extrinsecus complecti cætera videatur, ut qui oculis hoc animal cernit, consimiliter cum eam solummodo videat, & interiora latet, hominem solummodo esse putet. His ita factis, iniustissime faciet, & inutiliter consulat, qui dicet leonem & cæteras feras nutriendas esse, hominem autem fame sic deneruandum, ut facile a feras ducatur, ipsasque feras non esse ad amorem reducendas, sed incitandas potius, ut inter se pugnantes, alia aliam deuoret. Is autem iustissime simul atque utilissime consulat, qui dicet dandam esse operam diligenter, ut animalis huius compositi, ac multicapitis principatum solus teneat homo & quasi agricola, quæ massuetæ sunt moderate nutrit, immanes autem feras leonis uiribus usus domet.

Quod in duodecim tribus ciuitatem suam Iudeorum imitatione Plato diuidit.

### CAPVT. XXVI.

**I**N duodecim tribus Iudeorū genus diuisum nemo ignorat, quem diisionis numerum ciuibis suis Plato attribuit, dices. In duodecim quam æqualiter fieri potest, uniuersa regio partes partiatur, & sorte una tribus unam partem possideat, & duces singularum tribuum elegantur.

Quod situm urbis Iudeorum secutus est.

### CAPVT. XXVII.

Risci Iudei metropolim suā diuino cōsilio longe a mari in montibus cōdiderunt. Plato quoq; quā in legibus condit urbem, in simili Hierosolymorū loco eā constituit, ut uidéant ad urbem Hebraorū respiciēs uerba cōposuisse. Ferme nanc̄ inq̄ o amice per decē milia passuum a mari abeūt hęc ciuitas, portumq; habebit q̄optimum, & agros regionemq; fœcum dissimam; cauebit autē, ne alia ciuitas prope nimiū sit. Maritimā emendare